avalé.

19. xbre
1763.

Quidam Miles Legionis Pedemontanae

Brigantiae Praesidium tenens deglutivit Partem

\+ ossis considerabilem unde observati Chirurgica juxta
ipsius Expositionem Mihi factam

\+ Miles iste obligabatur agere coquum ut moris est
in Acie militari, Postquam Carnem dissecavit, Et
\+ Cuique dedisset partem suam volens per succum
Exprimere medulam quae erat in Caveâ ossis, eodem
instanti deglutivit partem satis ingentem, ut videre
licet in figurâ ossis infra descriptâ, statim Tussis
vehemens ipsum affecit cum reiteratâ contentione
quae Causa fuit explosionis sanguinis tam
abundantis ut putabatur vomitus, pars pectoris
sinistra vexabatur dolore vehementi, ductus fuit
in Nosocomium, in quo instar pleuriticis sanguinis
vomitu ingente laborantis curatus est, sanguis
Pluries ipsi detractatus fuit, omnia artis auxillia
in pari casu usitata ipsi inutiliter adhibita fuerunt,
Post plures Menses in Xenodochio Brigantinsi
peractos illo discessit nullâ sanitate donatus Et
venit sedanum ubi Ejus legio Praesidium
tenebat, die undecimâ mensis novembris Millesimi
septingentesimi quinquagesimi quinti, viccessi

\+ Brigantia et iter illud confecit in hijems tempore
rigidissimo; hujus urbis Nosocomium intravit die
vigesimâ secundâ martis anni Millesimi septingen
tesimi quinquagesimi sexti; Post que interrogatio-
nes de Morbo et Ejus causis, dixit se Esse oppressum
\+ ac difficultas respirare seque Laborare tussis illa
ipsum afficiabat, ipsâ autem cessante tantam
Puris quantitatem reddebat, Pus erat coloris
\+ purulenti cineri, nigri, odoris cadaverosi tam
Pestiferi ut astantes exire cogebat, Ex ore ejus
Procedebat halitus contagiosi; Purgatus est cum
Manna et theo, deinde usus est Lacte moderato cum
decocto hæderræ terrestris, ac succo boraginis cum unciâ
sirup. Papaveris rubi in uno quoque scypho,
quibus additi sunt boli pectoralis juxta sequentem
formulam; ℞ Spermaceti ʒi, pulvis radi liquiri
ʒ ß, balsami peruv ʒij, gummi adragant pulve ʒiij,
saccari albi ℥i ß, sirup de althea quant satis fiat
bolus dosis erit ʒi, bis in die; quotidie mané
assumebat lac cum decocto hæderræ terrestris,
Compulsus fuit intermittere usum Lactis propter

abi fluvium, Et Non vti nisi bolis et decocto hederæ

terrestris Pro pota;

Die vigesimâ septimâ mensis Aprilis anni Ejusdem

Circa horam post meridiem secundam tussis tam

vehemens afficit ægrum putabatur suffocare, tanta

si tussivit quod in instanti senserit in gutture

Corpus aliquid extraneum quo minabatur strangulare

Post reiteratos conatus et secunda vice Ejecit corpus

illud extraneum vvidere est infra depictum; ab illo

Momento Nullos pectoris dolores passus est respirabat

absque difficultate, Et gloriabatur se tantis malis

esse liberatum, ac gaudium fuit breve Nam contra

ipsius spem Mortuus est Prima die mensis Maii

anni supra dicti.

Aperui Cadaver ad cognoscendum confusionem ex

Corpore illo extraneo ortas, Post amotionem

Maxillæ inferioris, separavi sternum, claviculos,

Costarum, tandem Post denudationem Pectoris, Vidi

Lobum Pulmonis dexterum sanum Et Naturalem,

sinister vero Mihi visus est ex parte destructus;

Pars residua Erat gangrena vitiata, Arteria Aspera

in sua Longitudine aperta est ipsa linita erat

N° 19.

Pari simile illi quem Aeger Evomebat, insecutus sum versus Pulmones et aperta Bronchiâ Pulmonis sinistrâ in Longitudine quasi triam vel quatuor Pollicium, Cognovi in substantiâ illius Lobi Cavernam quae continere potuisset Nucem aromaticam Et haec caverna Erat Locus in quo remansit corpus illud extraneum per decem Menses, Cor erat sanum et Naturale

Lenglé

Chirurgus Magister

Sedani 19 Xbris 1763



En figura ejus juxta exemplar quod habeo